

paratum Deū, vt superbis, infensissimus superbæ ofor, resistat. Clamabat igitur ad ipsum, dicens: *Elati sunt, Domine.* Cogitemus ergo fieri non posse, vt quos hodie arrogantissimos & insolentissimos videmus, id quod volunt ac moliantur, ex animi sententia perficiant. Neesse siquidem est, vt eum habeant aduersarium, contra quem superbiunt & insolescunt.

Vers. 9.
& 10.

Caput circumuenientium me. Quomocumque, quod de capite circumuenientium se canit, intelligatur, illud sanè obseruandū est, & rectè à pijs peti, & iusto id iudicio Dei subinde fieri, vt princeps impius ac tyrannus, caput impiorum, dum cadit, satellites suos, quibus iniquitatis & impietatis suæ ministris vsus est, in ruinam secum & exitium pertrahat: & quicquid mali in exitium piorum moliantur, id in ipsorum vertices cadat. Sed ea de re Psalmo 7. versibus 15. & 16. quædam annotauimus.

OBSER.
Vers. 11.

Vir delator non dirigetur in terra. Obserua hîc, quomodo Prophetæ animus ex oratione confirmatus, deq; certa impiorum & inimicorum suorum perditione persuasus, euaserit. *Vir delator*, inquit, non dirigetur in terra, virum iniquum malum apprehendet ad subuertendum. Admonemur, quantus sit sedulæ & ardentis orationis profectus fieri non potest, quin ab ea erectiores ac confirmatiores exurgant verè pij, qui illa frequenter vtuntur.

Deinde curandū nobis est, vt nunquam huius sententiæ obliuiscamur, qua certò Spiritus sanctus ex ore Prophetæ pronunciat, *virum delatorem & iniquum non prosperaturum*, imò in proprium malum, quod alijs machinatur, casurum. A veritate sententiæ huius nullo nos mundanæ vanitatis spectro abduci sinamus. Nam quantumuis diuersum in hoc seculo appareat, exitus tamen à veritate verbi Dei non abluet.

OBSER.
Vers. 12. 13.

Cognoui, quod expediet Dominus causam adflicti. Obserua primùm: *Iusti*, inquit, *recti, adflicti, pauperes.* Hęc est fors piorum in hoc seculo, vt quamuis sint iusti & recti, pauperes tamen sint, & adflicti.

Deinde quamuis deserti videantur, certò tamen tenendum est, expediturum aliquando Dominum ipsorum causam.

Tertiò, futurum vt iusti ac recti deletis impijs liberati, nomen Dei celebrent, & coram Domino firmi consistant. Hac spe confirmemus animos nostros: & quæ certò promittuntur, immota patientia expectemus.

PSALMVS CXLI.

ARGVMENTVM PSALMI.

Arbtrantur aliqui Psalmum hunc à Dauide, dum in exilio esset, compositum: cuius rei argumentum ex vers. 2. petunt, quo orationem suam instar incensi, & eleuationem manuum suarum, velut sacrificium vespertinum, ad Deū dirigi petit: quasi in exilio constitutus, pro incenso & sacrificijs, quibus operam dare non poterat, orationem suam à Domino acceptari postularit. Consimili coniectura possem ex versibus 3. & 4. colligere, quòd in aula Shaulis adhuc inter impios aulicos constitutus, ad Dominū orārit, vt ori ac labijs suis custodiam adhiberet, nec cor suum in rē malam inclinaret, nec cū viris iniquis impiè ageret, & ex ipsorū delicijs comederet. Atqui ita hunc Psalmum non in exilio, sed in aula Shaulis cōstitutus composuerit. Neq; enim in exilio, sed inter Shaulis assentatores degens, cum viris iniquis versabatur. Verùm lectori sit liberum iudicium.

Summa est eorum, quæ hoc Psalmo canuntur, quòd orat Dominum, vt sibi inter impios constituto succurrat: detq; primùm, ne quid cum illis committat, quòd sit iniquum: deinde, ne in laqueos & offendicula illorum incidat, sed ipsis per ea detentis, liber euadat.

PSALMVS DAVIDIS.

VERS. I.

DOMINE clamo ad te, accelera ad me: auribus percipe vocem meam, dum clamo ad te.

2. Dirigitur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sicuti sacrificium vespertinum.

3. Pone Domine custodiam ori meo: custodiam ad ostium labiorum meorum.

4. Ne declines cor meum ad rem malam, ad faciendum opera impia cum viris qui iniqua operantur, & ne vescar delicijs illorum.

5. Percutiat me iustus ex beneficentia, & redarguat me: oleum capitis ne demulceat caput meum. nam adhuc oratio mea aduersum mala eorum dirigitur.

6. Precipites dētur velut de rupe iudices eorū: audissent verba mea, si dulcia fuissent.

7. Sicut qui diuidit ac proscindit terram, sic dispersa sunt ossa nostra iuxta foueam.

8. Quoniā ad te Domine, here mi, sunt oculi mei: in te spero, ne effundas animā meā.

9. Custodi me à laqueo quem tetenderunt mihi, & ab offendiculis eorum, qui quæ iniqua sunt operantur.

10. Incidant in retia sua impij simul, donec ego transeam.

LECTIO.

Vers. 1.

Vers. 4.

Accelera ad me.] Ebr. *אזעל*: id est, Festina mihi. Græc. & vulg. Lat. legunt: Exaudi me.

Ad rem malam.] Ebr. *לרברע*: id est, Ad verbum malum. Græc. & vulg. Lat. In verba malitiæ.

Ad faciendū opera impia.] Ebr. sic legitur: *לחזקת עילולות ברשע*. Græc. & vulg. Lat. Ad excusandas excusationes in peccatis. Hieron. *Voluere cogitationes impias.* Sic Iustin Felix: *Vt cogitem cogitationes in impietate.* Pagn. *Ad faciendum opera cum impietate.* Camp. *Nec studijs delectari cum impietate coniunctis.*

Et no